Pastorius

LUDOVICA MARIA GONZAGA

DE
SERENISSIMA POLON: ET SVECIÆ
REGINA

LVDOVICA MARIA
GONZAGA,

DVCE DE MANTVA ET NIVERS
&c. &c.

quando unà cum

SERENISSIMO REGE

XIX. SEPTEMBRIS
ANNO M DC LI.

GEDANVM

Cœlo ſudiſsimo ingrediebatur.

INgreditur pulchrâ comitatus APOLLO
DIANA,
Adnitet ê vinclis tertia STELLA ſuis.
Clarius inde jubar. Phaethontia biga miniſtrat,
Et fecêre ſibi ſidera trina diem.
Sed tantos oculi vix poſſent ferre nitores,
Unam nî tegeret nube DIANA Facem,
Hâc plenus mox Orbis erit. Dabit illa DIANÆ
Grandius, atq; ipſi lumen, APOLLO, Tibi.

Ad Eandem.

INclyta Sarmatici SPEM geſtas, CYNTHIA,
Regni;
Fers grave, ſed gratum Regia Mater onus.
Et dant Regna vicem. Caſum ne horreſce DIANA;
Te geſtant votis maxima Regna ſuis.

Joach. Paſtorius.